

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Georg Schede

**Jesus Christus Dei Et Mariae Filius Sive Assumptio Humanitatis in Deitatem, vel  
in Personam tu logu, absq[ue] Naturarum confusione**

Rostochii: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809>

Druck    Freier  Zugang



E ♀ B



1631 ♀

11/2

12. 13.

13-10

6R

Stn-4109<sup>1-3</sup>



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730437809/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730437809/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0004)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730437809/phys\\_0005](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0005)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730437809/phys\\_0007](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0007)

DFG

*JM*

Magnifico, Nobilissimo ac Strenuissimo Viro  
Dno DE CLAO i BUCHWOLDE Episcopo  
pe SVerinensis Capitano c'c. Patrono ac Fauclri  
suo multis nominib. observando, hunc libellum in  
perpetuum honoris ac obseruantie tessera, ne non  
fidele grati animi testimonium transmittit autor

JESUS CHRI-  
STUS DEI ET  
MARIÆ FILIUS

Sive

Assumptio Hūmanitatis in  
Deitatem, vel in Personam τοῦ Λόγου,  
absq; Naturarum confu-  
sione

Metricè descr.

M. GEORGIO SCHEDIO,  
Glauchavia - Myso ; Sch. Butzoviensis  
p. r. Rectore.



ROSTOCHI  
Literis JOACHIMI PEDANI,

ANNO 1700. Iac XXV.

Illustrissimo Celsissimo, Principi ac  
Domino,  
**DN. ADOLPHO FRIDERICO,**  
Duci Megapolitano, Principi Vanda-  
lorum, Comiti Sverit. i. Dn. Rostochi  
& Stargardia, &c. Principi ac Da.  
suo clementissimo.

**A**DOLPHE FRIDERICE DUX  
HENETUM inclite  
Cujus humeris s̄ es resq; Patria incu-  
bant,  
Soljam recurrens, circulumq; deserens  
Arctum pios maclare Celsitudinem  
Tuam imperat donis, Opima res domi  
Ut est cuig; mens r̄ suadet. Persica  
Lex namq; non permittit immuni manu  
Pulvinum adire Regium. Quid? - Principis-  
An non Egestas candida ac insons feret  
- Vultum serenum, casca cum Plutum à sacris  
Gens, orbis ille flös, profanum excluderit?  
Altai super tue favor Clementiae  
Jacet repositus mente, quo bis mensum  
Spatia ante senum me benignè juverit  
Tunc - Exulem complexa; equisq; reculas  
Termitio meas Sverinum (Principe  
Res digna tanto!) transvebi permiserit.  
Sed quid reponam? Advolvō aris, en! tuis,  
Inter

Inter tuos gradu Clientes plusculis  
Minor, secundus nemini, nec maximo,  
Candore mentis arte ductum- non melos  
Et offero sed Christianum, sed pius.

Δώρῳ ἀδάρῳ Dux fave Celsissime,  
Dextrā lubensprehende, vultu perlege  
Et explicato. Nemini vitio fuit  
Unquam datum litasse falsā Diūs mola  
Honore thuris destituto. Pluscula  
Diūs lacte Gentes supplicant. Horatij  
Non dona tempsit Urbs Quirini tenuia.  
TIB Iverō vite fila, cum prole inclita  
Parcæ neant sero severæ pollice.  
DEA-NIXIA adsit mox dature PRINCIPI  
Has fætūm in auras luminis CELSIS SIMÆ  
Ut siat hoc, duclis ab imo pectore,  
Susspirijs mecum precentur subditi  
ADOLPHE FRIDERICE, DUX HE-  
NETIUM inclite  
Cujus humeris spes resq; Patriæq; incubant.

Humilimè f. & strenx loco  
dicare & consecrare  
voluit, imò debuit

M. Georgius Schedius,  
Clauchaviā. Myslus, Rector  
Scholæ Butzov.

Anno 1600 Ioc XXV. Cal. JanuarI.

A 2 ΔΟΓΟΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΝ

Utramq; naturam, divinam  
& humanam in Personâ EMA-  
NUELIS nostri meritissimi  
adstruens.

 Lius Gigantum bella docto cap-  
mine,  
Ferocium Dñs mota condat lu-  
doris!

Incestuosa crimina alter Cypridos  
Nothig, tela cum pharetrâ Filij,  
Pectuscla quis secura figat! Regulas  
At alter optimâ Falerni te cadis  
Qui proluas! Sales, lepores, ludicri  
Alius fritilli; queritantes nomina  
Ex carmine infando sibi celebria!  
Et sanctulorum - turba rasorum - gregi  
Patrata Patrum blatterent miracula;  
Mendace passim ganniantg, gutture:  
Meliore, nostra tu Thalia, maxime  
Damnata votis annuis, move tubens  
Plectro fides curvæ Latinas barbiti;  
Aei - perinde - περιγένετο, pro semine  
Verbum hauriens Celeste, in oras edidit  
Quem luminis, Gigas siet substantia;

Dupli-

Duplicis, Xægantipæ æviterni wñor  
Patri, Homulusque verus, & verus D E U S  
Unus debinc iv secula utrumq: permanens.  
J E H O V A , Natura domum qui dædalus  
Celum Magister fabricasti dædale,  
Terræ pilam , Campum liquefentem ; providus  
Creatatùm Pater gubernas ; & sine  
Ortu vigens metis cares & tempore ,  
Nobisq: vires solus usq: sufficiet ;  
Sanctum superno ab inde celi culmine  
In corda mitte Spiritum , qui lumine  
Dio tenebras tollat & caligines ,  
Tantoq: digna suggestat miraculo  
Verba calamo ! Tu pande saltim semitam .  
Vocis meæ ! Tu tange plectrum linguae  
Balbutiens candente prunâ , Filij  
Grata labiorum ut prosequar libamine ,  
Genethlia ! He preces erunt non irritæ  
Si ritè ( te mitem D E U M quod poscimus )  
Laudum sónamus Filij praeconia .  
Nam si qua lux ab orbis indè infantia  
Meruit , D E I quâ predicitur maximi  
Benignitas , Clementia , Indulgentia .  
Hæc illa lux est , hæc dies , miracula  
Æquanda dextra quâ polo sunt Entheæ .  
Vetus etenim dierum & ipsus Incola  
Cæsus Poli tûm , cum nec Orbes astrioi  
Voluti in orbem temporum describerent  
Statas vices ; Poli inclito lapsus throno

Pl. 51, 17.  
El. 6, 6.

A 3 Mater-

Maternā in alvo ( ò charitas ! ) mortalis  
Membra induit , nostri misertus , criminum  
Tollit reatum , pando & illa bajular  
Suscepit a dorso ; præstítit rara indolis  
Miracula , stipitiq; fixus crimina  
Nostra expiavit , Patrio iram sustulit  
Amabilem ejus & favorem retulit ,  
Et ad Poli stravit viam palatia  
Oclusa fæde labis ob contagia.  
Hæc effuat si lux & E H O V Æ libera  
Laudum , nec illas prosequantur barbiti  
Eburneæ fides novello carmine ;  
Sanè omnium , Phœbea lux quos adspicit ,  
Animantium foremus ingratissimi ,  
Nec homulluli , sed Bestiæ ; quid Bestiæ ?  
Imo nequiores reputandi Bestijs .  
Ratione enim si destituta Plasmata ,  
Herbis pecus tūm vescitur quod hispidis ,  
Celeri volucris tūm volatu liquidam .  
Tendens per æthram , voce Plasten consitā  
Sibi salutant ; & iterna cūm tamen .  
His nox sit una dormienda , si semel  
His Morta vel dolus parārit exitum :  
Torporne nos , quos Dia finxit affabré  
Scirey; dextra , & portionem propriæ  
Afflavit aure , gratia quorum throno  
Patrii relicto Virginis schema induit  
Servile in alvo , muſeo & de nomine .  
Nos nuncupavit Christianos , occupet ,

Ue

Ut simus ipsi seigniores garrulis  
Brutis Jehova in occinendis laudibus.  
Indignitatem & obstinato propriam  
Silentio prodamus, omnium, aureus.  
Sol mundi ocellus quos videt, miserrimi?  
Quin Milites sancti & beati sedibus  
Poli relictis, jubilus & plausibus  
Festum hoc celebrant, cantilenis æra  
Suavemulcent, verices ut montium  
Collesq; gratis perstrepan concentibus.  
Nos terg; felice quaterg; Conscia  
O lux favoris in mesmos Celici  
Homullulos! O nata lux ad gaudia  
Iucunda nobis atq; mirè suavia!  
Prolis propago quantula est mortalium  
Quorum beati scelites in gratiam  
Per æris campos liquefiant astricā  
Regione lapsi jussa pandunt, dulciter  
Sonante metro, maximi miracula  
Gaudentq; miri haurire coram lumine?  
Ergo venite! adeste, adeste! Omnis procūl  
Mora esto segnis, atq; torpor! perditæ  
Quondam salutis personemus Vindici  
Gratas canorā cantilenas barbito.  
Animemur hymnis invicem genialibus,  
Devota vota cantitemus nabijs.  
Non tibiæ, tubæq; clangor bellicæ  
Non garrientes-blandulæ desint lyræ  
Non cymbali clangor sonori. Spiritum

Pl. 151.3.6.

A 4

Quicquid

Quicquid trahit vitalis aura, pumilo  
Homini-Deo, Regumq; Regi maximo  
Pangat recessu pectoris ductum melos.

Ut ergo nostrum sumat hinc exordium

Melos! D E I Matrisq; puræ filius

Virgunculae mellitus ille & bellulus

Et pumilillus musteusq; Populus

JESUS Natus recens J E S U S est substantia

Verus Deus Heros Gigasq; duplicitis. Verus D E U S

Est & J E H O V A, æternitate, potentia,

Honore, Majestate P A T R I - gloria

Similis JEHOVÆ; FLAMMULæq; pectoris

V I V Æ Patrii, & Dii amoris F O M I T I :

Imago P A T R I S ævterni vivida

Quem se intuens seclorum ab inde seculis

Sibi genuit PATER coœcum originis

Expers, Origo rerum & ipse clausula.

&

Verus Homo. Antiquus hic P U E R dierum regia

Ab arce Olympi lapsus, Crbis ultimâ

Fluxi in senecta, meta cum secretior

Modum dierum sacra per divertia

Iam simisset, in pudice Virginis

Utero renasci, flore honoris integro

Manente voluit inq; lesò lampadie

Ictu velut Phœbeia non leditur

Innoxio vitrum fenestra lumine

Dum lucet incerto micatq; vitrea:

Secus haud pudoris flore non lesò innuba,

( Omnis stupet miri Polus mysterium

Tanti

Tanti, videre sanctus Alitum globus  
Gestit, suæ nemo sub artes cogere  
Mortalium rationis ac industria  
Potest sagacis) Virgo fit Mater Patris,  
Virgoq; qualis ante partum Filij  
Erat integra, in partu atq; post partū manet.  
Dominator hic Dominantiū, Regumq; Rex  
Cui nemo vivens audeat contendere  
Æternitate, prosapiā, potentia,  
Homo Divus ille, Virginellæ Filius.  
Ille, Ille JOVÆ Filius, Sapientia  
Æquæva P A T R I S, trita ad astra Semita,  
LEO JEHUDÆ, Stella, Rupes, Veritas,  
Jessa j radix, Gentium Lux fulgida.  
Vita, dominor Mortæ, Stygisq; luridæ,  
Cocytij Victor Colubri, & impy  
Judex gregis venturus olim, æquissimus  
Pater pijs & largus indulgentiae,  
Os & genas similis tenellas semine  
Mortalium satis caduco, simplici  
Personæ in uno permanet ligamine,  
Unus debinc idemq; Christus, seculis  
Seclorum abinde quod fuit, non exuens.

*Licet ergo noster pumilillus Pusio In Christo  
Quem Virgo - Mater, bauriens pro semine est unio  
Verbum edidit Patrium in oras luminis duarum.  
DEUS- antè, factus nunc Homullus, Advcnæ  
Terris fuat ; naturæ & amba fædere  
Mirabili coëant in unum, vinculo  
selubilis :*

Ut arctiori non queant conjungier;  
non exæ- Non tamen ideo exequantur, aut mixtae invicem  
quatio aut Fluunt in unum, conve-funduntur, mero  
coenmi- Qualis aqua commisso falerno funditur,  
stio; Roseove quale lac coit cum sanguine;  
sed utræq; Sed quilibet natura jure, propria,  
sui ipsius Sibi optimo que vendicat, nexus manent  
naturalem Indissolubili, fide, atq; copula  
incommu- Perfecta, consummata, salva & integras  
tatem reti- Sotvenda nullis seculis. Ambæ interim  
net propri- eratem. Virtute quicquid usq; Dia facilitant  
Propræ na Concordibus pariter & ausis, unius  
turarum ita Personæ opus perhibetur, una & actio.  
communi- Par etenim opus motu licebit impare  
cantur Per Moderetur; impar motus, at par actio  
sonz, ut ta- Perhibenda erit. Divina enim saltim quadrat  
men sux Natura in actu motus; at concors caro  
quæq; na- Fit agenda, nec virtute per se se valet.  
tura vindici- Opus sed in concors adoptans suscipit  
centur. Eam &oy & rerum, Enthea quas dirigit  
Dextrâ potenter. Quid, malum! quid ringeris  
Putide Maes, nare sue crissas Marcion.  
Arri, Photine, Nestori vecors, Valens  
Scabiose? nondum pagina dictis sacræ  
Victi evidenter creditis, vel porgitis  
Herbam? Anne tantum remini vosmet nefas  
Impune laturos, nefarie & impie  
Veram (beu nefas!) humanitatem IESULO  
Dum surpicio meillitulo? Non vero sic.

Nos

Non sic. Feretis dñgna vobis præmia,  
Quæ Aurelius, Sol ille quondam Ecclæsæ Aug<sup>st</sup>.  
Fertur minatus impijs: Minimè, inquiens,  
Christus obiit mortem illius pro criminē,  
Eum induisse membra qui mortalia  
Negat impiè. Nam quòd ligatus stipiti  
Christus nefandæ est mortuus, illud unicè  
Hominem secundum contigit, nefariè  
Quem dum negatis; nec nefandâ susluit  
Suspensus orno vestra quondam crimina.  
Valeant sed hæc sacrilegi contagia  
Gregis, barathro quem manent Cocytio  
Brabæa. Nos, meliore corda de luto  
Quis f O V A finxit, his sacris solemnibus  
Quæ nostra Pietas & Professio fidei  
Efflagitat, non somnolenter faximus.  
Sed undè, quæso, farier primum auſpicere?  
Loquar? vel intra me magis silentium  
Tenebo? Conticeſcerem, ni maximus  
Christi favor, benignitas, clementia,  
Mortalium quā amplexus est impensis  
Stirpem, mibi subindè calcar adderet.  
Est namque controversiam - magnum - citra  
Mysterium, latenter in ſeſe abditam  
Habens Sopbiā. maximè à magnalibus  
Verè Entheis exordiar si dicere  
Tot illa ſunt ac tanta, ut omnes undique  
Vasti maris ſi guttula, vel arborum,  
Etas novis quas prima vefit floribus,

1. Tim. 3. 16.

1. Cor. 2. 7.

Folia

Folia omnium mutata fierent linguae;  
Tamen illa vix numero potissimum prendere,  
Multo minus pro dignitate effarier.  
Tanta est eorum vasitas & copia  
Atlantes ut vix atq; ne vix ponderi  
Centum ferundo sint, meis quod propriam  
Facet reposum injuria cervicibus.  
Sed satius est, balbutiem in re prodere  
Tanta, meam, silentio quam pandere  
Indignitatem propriam infandissimo.

Verè ergò f. E.S.U. S nominis memor sui  
Se tandem Iesum prestitit. Nam scitule  
Cùm Protoplasmum JOVA formasset lato  
Ex luteo, bujus eg; costâ Conjugem,  
Vite integras, scelerumq; puros; non zulit  
Veterator id Cocytios, tûm gaudia  
Donata cùm vidisset his celestias,  
Invidit; aliqua & nî noceret, ilia  
Rupta ilicè Codro fuissent invido.  
Hinc fraude partim Dæmonis, volentia  
Partim suâ nova Maritæ credulo.  
Ebeu! nimis, Natisq; cum Nepotibus  
Seris, vireta amena, letos & locos,  
Viteq; fini desitutæ gaudia.  
Magister abstulit stropharum dædalus.  
Ut ergo vel tandem receptus gratiam  
In pristinam fruisceretur sedibus  
Quondam supernis; vel rogo cum posteris  
Cremanda non cremanda lurido foret

Efas;

Esca; sibi certe Interpretem vel quereret  
Et Proxenetam, debito qui scinderet  
Apochen soluto, lex volebat ferrea.  
At legis impunè ille ferret Entbeæ  
Et temptor & prævaricator? Hoc Dices  
Diæ rigor vetabat. Ille seculis  
At interiret æternis, principem  
Cui Jehova destinaverat locum  
Inter creata, lucis Icon Entheæ  
Unde emicuerat, ad Deum & quam proximè  
Accesserat? Moreretur ad vitæ satus  
Brabæ, tetræ ad Mortis haud discrimina?  
Sed absonum patritæ erat Clementia  
Et equitati. Actum ergo de Mortalium  
Vitæ fuisset & salutæ, Filius  
Ni corde Patris constitus, Clementia  
Origo, fons, abyssus omnis, patræ  
Bonitatis Icon fortæ homilli flebilem  
Misératus inflexo rogasset poplite  
Veniam Parentem: Parceret, nec, affabre  
Quam dextra condidisset alma, perderet  
Suam Iconem; quin subdoli in caput sirophas  
Volvat Simonis, vafrè ei quas struxerat.  
O mira Patris lenitas, Clementia!  
Orata Nati Chatitas, Faventia!  
Triadis eramus Sacro sanctæ, celici  
Totius ac exercitus, Cocytij  
Hostes vafris facti Latronis artibus:  
At, ecce! Gives, non amici reddimur.

August:  
medit. c. 15.

Man-

Mancipia eramus Demonum ; sed Filii  
Per Filiū summi Jehovæ reddimur.  
Quod namq; lapsum Patribus post flebilem  
In gaudium , se carne sumptā & ossibus  
Mortem futurum Morti, Averno, Dæmoni,  
Lapsamq; Gentem restituturum Patri ;  
Id bac die effectum dedit. Nam sedibus  
Lictis Olympi , ubi sine fini gaudium  
R̄sus , voluptas ( o amore nullius  
Haustum auribus , nec hauriendum seculis  
Hec - post futuris ! ) in barathrum lacrymis  
Meris scatens descendere & mortis genus  
Non fluctuarit omnium infandissimum  
Subire. Nostram o dignitatē ! Filius  
DE I ipse , P A T R I S natus ē præcordijs  
Tūm, cūm ulla nondūm condita essent secula ,  
Imo ante cuncta seculorum secula ,  
In carnis humanae videtur schemate  
De stirpe Diā confitus , mirus Sator  
Sui idem , & ipse , Semen ipsus & suum  
Mellillus ille musteusq; Pupulus  
Cujus decus perenne , famam , gloriam  
Quis MæonI vel arte præditus senis ,  
Facundia Vatis vel Andini modis  
Dignis profarier potisset ? Candida  
Ult cūm lilia non proprio prægnantia  
Semine rosas discunt profundere rubidas :  
Sic ille natus est Jehovæ Filius ,  
Opus novum quod tota rerum machina

Stu-

Stupescit & miratur. Inscrutabilis  
Rerum Autor ille, & Orbis ille dædalus  
Magister, aurà qui quod usq; vescitur  
Alma ætheris, sive alitum spectos genus,  
Seu bruta varia, sive natantum gregem  
Squameum sub undis, nutrit, & prædivite  
Cornu ministrat, usus humanae quibus  
Vice indiget; Pauper repōstus gramine  
In hispido materna scrutatur labris  
Ubera tenetis, ore lac & imbibie  
Tenellulo. Fit Virgo Mater Regia  
Oriunda stirpe, Virgo in ipso per manens  
Partu, ante partum, postq; partum. O Entheum  
Decusq; Flosq; Virginum! O Puerpera  
Emilia selecta milibus, D EI  
Pudore Filium integro qua parturis!  
Miraculum o miraculorum! Tu Patri  
Es facta Mater, Matri & Virgunculae  
Ore tenero mulget Pater mamillulas  
Bis quinq; qui menses cibavit propriam  
Genitricem in alvo Matri atq; nutrit  
Miraculosè; In hujus alvo quinques.  
Menses latet binos, & ejus affatim  
Papillulis fluente lacte pascitur.  
Cluit novorum hoc omnium novissimum Damasc.  
Sub Sole non habens secundum. Gaudio Gea. 4, 2.  
Quanto Eva gestiebat omnium Parenſ  
Viventium perfusa, primum Apostamat  
Cum Fratti- cidam orbi dedisset? En! virum

Mun-

Mundo edidi; inquietus Jehovam; Demonum  
Dolos retundet qui vafri; atq; gaudia  
Referat misellis atq; seris posteris.  
Dolore at hæc quanto fuere gaudia  
Coempta? Matris o Patrisq; labiles  
Spes! Mente falsa quem sibi persuaserant  
Siloh futurum, Amedeus ac Apostata  
Apostatarum & Fratri cida factus est.

Gen. 21, 6. 7. Et insuetò Sara quondam gaudio  
Exsiliit omnium Patri credentium  
Enixa natum. Cor micat, precordia  
Imis resultant fibrulis, quis gaudia  
Concepta verbis explicaret nescia.  
Epos ferat quis Zachariae laudibus  
Ad astra dignis? fando sterilis explicit

Luc. 1, 42. Quis verba Elise, Solis illum Phosphorum  
Veri quibus dignata in alvo propriâ  
Reconditum? Sed his licet præcordia  
Perfusa dulci gaudio exultaverint;  
Nemo tamen negaverit, puncti breve  
Momen habuisse, nec, pedem qua figerent  
Reperisse. Stygijs namq; prima blandulæ  
Dictis Colubri credulâ (heu!) nimis Parens  
Dejecta falsi ab arce gaudijs ilicet  
Lugebat errorum affatim cum Conjuge  
Dictis sue nimis maritæ credulo.

Ad multa Abramus ablegatus secula  
Gen. 22, 10. In Siloh ocellos jussus est defigere,  
Cujus typum ille consecratum victimæ  
Dictis

Dicitis Iehovæ genuerat fidissimus.  
Elisa sed confecta senio non quidem  
Ipsum Siloh, prænuntiam sed Indicem  
Vita sub oras edidit, natalibus  
Claris cui nemo potest squarier.  
Quo major ille solus inter Celites  
Minimus, licebit Maximus sit cetera.  
Jordanis hic stans ad fluenta libere  
Se clamitat non esse dignum, calcei  
Corrigiam qui nostri JESU solveret.  
Hec magna sunt, quæ diximus; sed JESU LO  
Si compares, nil est, quod hosce laudibus  
Ad astra tollas Entheis. Homines ibi  
Sati caduco prodierunt semine:  
Hic HOMO I EHO VÆ fit supremi FILIUS  
Ibi putido ex coitu Viri atq; Feminæ  
Homo in animam proseminatur vividam:  
Hic sine virili semine, alii Flaminis  
Sed mystico Homulus nascitur spiramine.  
In hunc aves si mecum ocellos vertere,  
Devotiusq; Numen ejus poscere;  
Rationis haud ductum seqvaris improbe,  
Sed sancta quæ suadent Tonantis dogmata.  
Non eligas tibi Sophorum Principem  
Didascalum; motus sed Auctorem boni  
In cordium FLAMEN sacratum capsulis.  
Ratio hic tuâ obstupecat, ac oratio  
Grato loquendi destituta munere  
Mutescat. Ipse JOVA, quæ vult, perficie.

B

Ille

Luc. 7, 28.

Luc. 3, 16.

Matth. 3, 11.

Ille voluit quo temporis puncto pilam  
Compage validam orbis creavit unico  
Verbo potenter triplicis, nutu & suo  
Creata servat patrio. Celi manent  
Purificra in statu theatra motu perpetu,  
Corpora moventur aeternis legibus  
Celica, suas Elementa sedes retinent.  
Levitate non ignis relicta labitur  
Hunc vastum in Orbem. Terra motu non suo  
Gravitate posta, superat adscensu Polis  
Fastigia. In depresso non loca  
Aer cito fertur volatu. Ceruli  
Non vasta moles aetheri incubat Freti.  
Noli ergo mir hoc quicquid est Miraculi  
Mirarier, rimarier, scrutarier;  
Non Hominis hoc. non Regis est non Ca-

saris

Opus; sed almi FLAMINIS mirabile,  
Cui clausa nullo termino est potentia.  
De quo nisi tot luculenta publice  
Oracula profarent futuri praescie  
Turbæ; Altum insuper Chorus Celestium;  
Ovium Magistri; Gens Eoō consta  
In orbe; Simeon; Hanna, Alumnorū cohors  
Duodena; Mundus fors profanus, impie  
In via pronus, atq; CHRISTI dogmatum  
Securus; hæcce clariora Phosphoro

vere posset putidi mendacij

Sane, è Regiâ prosapia

Satus

Satus Jehudæ , constitutus angulo  
In Orbis haud ignobili ; sed omnium  
Totius orbis urbiū clarissimā,  
Speculā velut de excelsiore, seculi  
Homines sui & sequentis affatur, malo  
Utrriminum excusso sopore, Filio  
Nato D E Ifigant - recenter oscula :  
Enī Parvulus, quem æther capit - non arduus Esa. 7, 14.  
Factus Homo sese in Virginella viscera  
Claudit tenelle, tandem & orbi nascitur  
Et storet illo pudore Puerpera  
Atris Popellus in tenebris palpitans  
Luce insueti sideris fruiscitur :  
Cecidit qui Lethi sedebant in locis,  
Nox densa quorum pectora atq; lumina  
Gravabat, his Dio novellus munere  
Ab Ostij splendor resfulget Cynthij  
Roseumq; magna exorta lux reddit diem.  
Augentur hinc Gentes in orbe : gaudia  
Abramidis livore non sic marcidis  
Donum ob novellum & insuetum, Gen-  
tibus

Quod obtigit. Nam Victor orbis inclitus  
Perjuri, Averni, Mortis, & Cocytij  
Draconis, enī alto propinquat æthere  
Demissus, hilari corda quem capient fide,  
Devotiora; terminos qui proferet  
Regni potenter ; cuius obtutu incole  
Non gaudio ficto frement Orbis, velut

Plin. lib. 5.  
c. 13. hist.  
natur.

Esa. 9, 2.

Præsente messe ovat Colonus; nobilis  
Velut tropæis, atq; spolijs inclitus  
Cùm domito ab hoste patriam letus petie  
Magno exsilit præ gaudio. Víctor: Geret  
Sic ille magna, humerisq; franget Enthea  
Virgam imminentem dexterâ, jugisq; onus,  
Greæ ingemiscit quod pius, triste auferet.  
Tenellus, en! mundi in salutem perditi  
Prognatus est infans, D E I<sup>g</sup>; FILIUS  
Stellata Olympi ab arce missus ad volat,  
Fasces scapilio - cuius incubant - super  
Pando, ing; - deptus fortis ample nomina  
Variag; habet. J E H O V A enim clavis  
D E U S

Mirabilis, Rex, fortis, Heros, temporis  
Sator, boni Autor consill nōn futilis.  
Tùm Pacis Autor & Sequester aurea,  
Fasces vigebunt cuius alia seculis  
Non desituris, Cujus ac immobilis  
Stabit potestas & vigebit perpetim.  
Quoties verenda Patriarcharum cohors  
Amore multis tacta retro seculis  
Puelluli huius Regii, pectusculo  
Promptis ab imo pulsavit concavu

Els. 45, 8. Fores Olympi questibus? Vos, ô poli!  
Rorate tandem desuper! vos nubila  
Disrupta Juris Enthei depromite  
Vcum Satorem! perdit certissimum  
Orbis debiscens, lacrymis, suspirijs

Acom

*A conditis desideratum seculis  
Producito tandem Salonis Vindicem!  
Rerum ô Sator, facilis precantum lacrymis Isa. 64. 1.  
Usg<sub>3</sub> usg<sub>3</sub> fleti, nubibus quin ardui  
Ruptis Olympi amplos in orbis ambitus  
Descendit! O si montium cacumina  
A Numinis vulnu tui liquefuerint,  
Rapido perinde Cera ab igni; limpida  
Vulcanio vel lympha sicut valdius  
Exæstuans furore defervet; tuī  
Honos ut hosti Nominis notesceret,  
Truciumq<sub>3</sub> mentes hostium horror ilicet  
Duras subiret frigidus! Tandem veni,  
Venit Redemptor Gentium, atq<sub>3</sub> Virginis  
Te γνῶσον proba esse Partum, ut suavia Psal. 110, 4.  
Demus tuo indidem osculillo Svavia.  
Spes nostra, Rex, Dux, Lux, Salusq; Gentium,  
Mulierē Semen, Germinillum Davidis,  
Amore languemus tui, nec terminus  
Inest amori; Nascere euge nascere  
Phlegethonij caput colubri contere  
Pede, stolidi morsumq<sub>3</sub> mali dexterā  
Medicante sana! Nascere, euge nascere  
Fortis Gigas! magna nime Regiæ LEO  
Stirpis I EHUDÆ! Pacis Autor aureæ  
Tristes serena pace terras Celicâ!  
O inter omnes Pontifex ter. maxime  
Antistites, qui ritè munera transfigis  
Melchisedecis ritu, ut preces ad sidera*

B 3

For-

*Formata dexterâ tua, fundas Patri;  
Felice partu nascere, euge nascere!*

**Mal. 3, 1.** *Autor verende Foederis Dii Angele  
Adesto! Sceptrum Abramidarum præpotens*

**Pl. 2, 9.** *Nascere, superbis & potentior hostibus  
Dominare, eos regasq; sceptro ferreo!*

**Num. 24, 17.** *Ortum Jacobi fidus ē penatibus  
Solum Palumq; quod coruscolumine  
Complebis, euge nascere, euge nascere!*

**Dan. 2, 34.** *Lapis minute, lapis & ample maximo.  
Avulse montis de prealti culmine  
Sponte abs laceris, fertor in præceps, tua  
Posterne vastam molē mundi machinam!*

**Mal. 4, 2.** *Caput exhibe Sol juris ac æqui tuum  
Orbi coruscum ubiq; gentium tua  
Radios salutis expedita spargito  
Seclis ab inde; nos & omnes confove,*

**Matt. 23, 34** *Gallina fœtus ut calore blandulo  
Fovet, suis illos & alis protegit,  
Quo tempore rapax vultur instruit dolos.  
His non Patrum qui tangitur suspirij,  
Dilucidis Vatumq; testimonij,  
Ult, quem edidit MARI A in auras luminis,  
Cui totus Orbis Conditoris supplicat  
Suo, DE U M verum esse credat; Angelos  
Is concinente, audiat Genethlion  
Nato - recenter JESULO, æther perfrepat  
Clangore ut omnis non sueto. Seculis*

*Nullis*

Nullis prius visam, videndam seculis.  
Nec posteris, Stellam intuatur, lumen.  
Sator astrorum quam JEHOVA limpidi  
In aetheris succedit ipsius area,  
Tenui, jam demigrasse sedibus  
Semen Poli illud Etheum. Nam Gemmulam Luc. 1, 32.  
Verè ille Princeps Angelorum GABRIEL  
DEI minister Virginam letissimam  
Alia inter; bis, dicta salute, aggressus est:  
Hic pulsus, facunda quem edes Numine  
Spirabilis, NATUS DEI vocabitur  
Altissimi. Exemplo insuetam comprobat  
Rem fidei in esse cui solet vis aerior,  
Tibi, inquiens, propinqua Elisa sanguine,  
Hucusq; nulla reddidit que pignora  
Uteri Marito, en! feta ventrem bajulat.  
Quid, quod JOHANNES ventre matris Luc. 1, 41.  
conditus

44.

Saltu insueto Heroa adesse prodidit,  
Heroa, homullis destinatum perditis!  
Quin cùm Virago parturiret Regia  
Regumq; REGEM, Cæsarumq; CÆSAREM,  
Orbis salutem, cui aethra sedes inclita,  
Cui scabellum terra præbet parvulum  
In valle pascentes opaca & concava  
Gregem bidentum, triste ovili ne lupus  
Strueret dolos, celsi palatijs Poli  
Delapsus ales blandulæ solatus est  
Verbis trementes, usus hisce vocibus.

Luc. 2, 10.

B 4.

Ne

*Ne vestra dubio palpitant metu, Viri!*  
*Corda, neq; enim atris præsto sum de sedibus*  
*Umbella, sed tectis Olympi nuntius*  
*Venio supremi, mille vobis gaudia*  
*An pl; ferens fundenda in Orbe: Maximus*  
*HOMO, DEUSQ; MAXIMUS, sa-*  
*pientia*

*Genuina PATRIS ac imago vivida,*  
*Destructor Orci, atq; Victor Daemonis,*  
*Vitæ Sequester atq; Mortis, limpidas*  
*Vitai in auras, temporis pænæ hoc BETHLÆ*  
*Ex Virginellæ alvo pudica prodijt.*  
*En signum! In algæ Pusio ing; stramine*  
*Jacer reposus bispido, præbet torum*  
*Præsepe, sunt plumæ atris alga & horrida,*  
*Puerile amictus vilis induit latus.*

*Angelicus*  
*cœrus,*

*Luc. 2, 13.*

*Quid verò magnus vult sibi ille streppi-*  
*tus,*

*Quid crepitus alarum infuctus Alitum*  
*Quid cantus in medio aere triumphantum,*  
*Popysma quid plaudentium? Æther carminis*  
*Totus novi jam per strepit modulamine:*

*Luc. 2, 14.*

*Astris D E O qui præsidet celsis, sicut*  
*Decus perenne, laus, honos & Gloria!*  
*Collapsa lapsu E V Æ Parentis primulæ*  
*P A X grata terris, grata celis nascitor!*  
*Adsit tot expedita votis Gratia!*

*Stella in-*  
*solita.*

*Tibi verò plane posita fax in aere*  
*Novella nequicquam videtur à Deo?*

*Nos*

Non ibat illa à Solis ortu ad Hesperum,  
Primum solet perinde ferri mobile  
Celestia secum corpora trabens motibus  
Cuneta rapidis; Orbes velut nec ceteri  
Ad usq; Gangem à Gadibus contrario  
Motu feruntur; Nec perinde sidera  
Septem: Saturnus, Jupiter, Mars, Cynthius  
Rota Veneris, Cyllenij atq; Cynthiz.  
Quæ perpetim uno stâre non queunt loco,  
Sed motu inæquali feruntur nunc retro  
Nunc rectâ in Orbem, res per artes plusculis  
Ut inclitas venit notata seculis:  
Tardo sed indugressa motu Cynthij  
Cubili ab inde fulgidi Australem ad plagam  
Viam praivit ad bovile sordidum  
Magis; prius - nec conquievit, celitus  
Munus sibi - quam delegatum perprobè  
Fuit executa, prona licto & ethere  
Tuguri super demitteret se culmina  
Solertè agresti, atq; cursum sisteret.

An vero nil arcani inesse munerum  
Trigæptas, stolidæ Sophista! Siderum  
Cursum obtulit doctus Magorum qua globus?  
Dictâ decenter hi salute, poplite  
Rite ing; - flexo Auri coruscâ laminas  
Ut Praesidi Regum, immo Regum maximo:  
Thurisq; globulos, ut JEHOVÆ, masculi;  
Myrrhaq; ut homini, lacrymam, sed munere  
Cui nemo, quamvis splendide, formæ audeat Pl. 45, 4.

Magorum  
munera.

B 5                    Semi-

Semine fatus mortalium contendere.  
Disputat Accesserant anni duo ad decennium  
In templo In agmine medio Patrum visus Puer  
Audire voces atq; reddere mutuas  
Sensus verenda conditos retexere.  
Miracula. Legis, choro stupente Patrum. Præstata  
Miracula latitare patior, per brevi  
Vita periodo. Unum hoc sit infar omnium.  
Sub schemate humili vincula quod ada-  
mantina,  
Vinctos tenebat quis. Latro Cocytius  
Nos, & Nepotes, & Nepotum posteros.  
Infregerit dextrâ potenter Enthea,  
Postlimin Igj ure summi gaudia  
Nobis Olympi restituerit perdita:  
O merita! O bonitas magna, major, maxima!  
Quæ si vel ora linguis sonantia  
Mille, atq; totum Helicona donasset DEUS,  
Efferre dignis non ramen queam modis.  
Pbilanthro Humanitatis in genus mortalium  
pia. Tecmeria contegam silentij operculo?  
Cyprian. Non verò - non. Celsis Poli palatijs.  
Ipsus coruscî devolutus tristia  
Expertus est quavis in orbis squalidâ  
Latumiâ, ut Civis Poli nos readebet.  
Natus Dei cùm Patris esset γνῶσις,  
Voluit homilli nuncupari Filius,  
Nos ut Jehovæ facilitaret Filios.  
Humilitas Sese humiliat, nos ut jacentes erigat.  
Sese

Schemà induit servile , nos ut liberet.  
Clavos, crucem, flagella, pugnos, spiculas  
Crucisq; mortem sustinet, quo vulnera  
Levet ligando nostra, vitam & redduit  
Finis carentem iutermorig; nesciam.

Quis queso Zeuxis aut Apelles affabre  
Vultus decorum, oris laporem, malulis  
Roseis & affusam labellis gratiam  
Aptam artuum connexionem, corporis  
Frontem explicatam, fulvulos delineet  
Ocellulos, pingue? quis facundiam  
Non vinulam, non melleam, sed Entheam,  
Savisona verba, lingueq; gratiam  
Animiq; magnitudinem fando explicet?  
Non alia, fusim tradidere que Patres  
Attingo. Nam quis ambigat, leviusculè  
Titubando que perstrinximus, vel talia  
Cuncta extiisse, ut ex venusto corpore  
Mens qualis esset, oppido dignoscier  
Posset, Leo fortis perinde ex unquibus,  
Hospes videlicet venusto in corpore  
Inerat venustus, & quidem talis, decus  
Generi novellum inferret ut mortalium.  
Quis namq; ab orbis conditi primordijs  
Virtutibus clari fuere singulis:  
Has singulas & universas Regulum  
Nostrum penes licebit intuerier.  
Qui namq; prudens is queat non dicier  
In quo profunde sunt abyssi condita

Corporis  
præstantis.  
Niceph. l.s.  
Eccles. hist.  
C. 40.

In Christo  
virtutem  
thesaurum.

Sapientia.

Sapi-

Sapientiae; Cunctas Pronœā qui regit  
Res & gubernat Entheā à se conditas:

Luc. 2. 52. Sapientia qui plenus extitit puer

Prov. 22. 15. Cum corda stolidus nostra vinciat stupor:

Hanc affatim, cùm messis esset addita

Lustris duobus vix secunda, prodiit:

Justitia. Huic verò puræ quam equitatis unicè  
Amor fuit! Sine labe omni, expers criminis  
Fuit omnium, orbis quos ocellus lumine

Emensus est, justissimus. Dignis tui

Doctrina. Quis efferat verba osculilli blandula

Christi. Et suavia modis; criminum quis sarcina

Matt. 11. 25. Ingente pressos ac nefandà pellicis?  
Præcepta taceam & monita verè patria  
Non magna saltim, & larga, & ampla, &  
splendida,

Sed certa, firma, fixa, rata, constantia?

Mezzal. Verba unde promam, digna quisve sugeret

πρέσεια. Robur animi quis exprimam? Dum Præsuli

Quondam Quitini in Urbe laudatissimo

Orator optimus Lucullo Tullius

Tantum cupiscit laudis impertirier,

Vir dignus est quantâ omnium fortissimus:

Laus Lu- Illius adveniu, refert: agemata

culli. Delecta cum hostium Strategus fortibus

Delecta muros hostium circumdatos

Densâ coronâ omni solutos ilicet

Metu fuisse; occlusum & antè nobilem

Pontum venenis, Iuridisq; toxicis

Subi-

Subito ejus adventu patuisse denuo  
Urbis Legatis Martiae. Nestro queat  
Rege esse quis potentior, quis fortior,  
Qui subdolis non saltem Apelle fortiter  
Technis, strophisq; restitit; sed & impetus  
StygI tyranni, & Mortis atra contudit.  
Periculis ab omni parte plurimis  
Circumdatos, nec Urbe in una, à Dæmone  
Hoste omnium infensissimo, sed totius  
Cinctos in Orbis liberavit ambitu.  
Nec vel in angustam Asie provinciam,  
Sed ad Palorum regna nobis florida  
Pandit aditum, reseravit atq; januam.  
Et solus ille hæc, solus, inquam, præstítit,  
Socium bujus, ut Lucullus, habuit nem-  
nem.

Victoria; istâ ex laude nil quisquam sibi  
Apostolorum, nil Prophetarum chorus,  
Nil Martyres, nil usq; sancti nonia  
Vita celebres, immòne Grex alitum  
Innumerus ipse vendicat celestium.  
Hoc omne, quicquid atq; quantum est, •-  
mnium.

Certe quod est amplissimum, totum unius  
Est pumililli JESUILI. Velut pede  
Uvas Trygeter comprimit: Stygi pede  
Non aliter ille colla trivit Entheo  
Solus Colubri, opemq; milie ex gentibus  
Nemo tulit, suâ aut levavit dexterâ.

Ec. 63, 3.

Sunt

Sunt, attigi quæ pauculis, sublimia,  
Et c quidem, ut vix illa consequi queat  
A nus ullius, nedum loquela promere  
Signè satis plectrum sonorum linguae:  
Sed illa fateor esse longè maxima,  
Christi in- Hic mentio quorum potisset inseri,  
effabiles. Nisi vererer, ne, tametsi dixerim  
Plura, videar omisisse longè pluria.  
Non tanta in arte Zeuxis est industrie  
Nec Miro, Apelles, Phydias, pictoriæ;  
Non Rhetoris, ipsum Tullium aut Demosthe-  
nem.

Dote ingenI si vincat, Eloquentia  
Tanta est; Maronis nullius sunt flosculae  
Tot atque tanti, rite quis praconia  
Laudum queant depingere aut describere,  
Jesu, tuarum. Hanc esse statuo maximam  
Laudum tuarum, nemini dignè queant  
Quod predicari encomijs. Jucundius  
Quid ergo, quid suavius, quid dulcior  
Quām tot Ἰερά Θρησκευματα videre præditum  
Virtutibus? Quis non beatos prædicet  
Ovium magistros, & Magos, coram quibus  
Pupum hunc videre musteum & vagitulos  
Audire, conversatione perfrui  
Nostrilicuit Jesuli? Ter te quater  
Simeon beatum, bajulare brachis  
Cui contigit tremulis Jesum, claudere  
Tandemq; dulcifata cum melismate!

Per

Per saxa quis non hic, per ignes, per maris  
Curat profundi gurgites? quis ultimos  
Non visat Indos; intueri lumine  
Ut hunc queat, quem olim Patres sanctissimi  
Regesq; ductis gestierunt pectore  
Spiritujs. Davidi aedes Sapientiae  
Fuisse Natus creditur; quid affluens  
Saxa non Regina fecit pondere  
Auri? illa quis contendit Urbis mania  
Itineribus Salem videre, & auribus  
Audire Regem, ocellulisq; cernere?  
Stat laus sibæ, orbis quoad stabit, sua.  
Sapientiae sed laude quanto præstigit  
Salomonii Jesus? Credo, si tum temporis  
Regina vixet, cursibus mapalia  
Ad nostra contendisse rapidis, pumilum  
Quod Pupulum, πνγιν ορθιες, cerneret.  
Sed de omnibus cum præstet his planè nihil,  
Modò quæ attigi, quam pauca saltim di-  
cere,  
Flexoq; sint magè veneranda poplite,  
Quam vel obiter fando explicanda; Car-  
basa.  
Hucusq; passa Orationis contraho.

1. Reg. 18, 30

Vu vero, quisquis es, beatæ gaudijs  
Qui concupis vitæ fructi, dulcia  
Nato D E l fige ostulilla; crimina  
Dedisce, dum cumulare crimen crimine

ad huc

**A**d huc vales : totog̃ grates pectore  
Ductas Δόγ̃ω persolve , Celi culmine  
Quod lapsus alvo in Virginellæ morbiā  
Membra induit, stygiog̃ surreptos lacus  
Celi beatis destinavit gaudijs.  
**E**què nihil placat DELLM, quām pānitentia  
Cor fraudium, fractig̃ Spiritus, mala  
Pectus perosum, purum & usq; criminis.  
Holocausta sunt hac, et tuantem motibus  
Placantia irarum Jehovam. Parvula  
Mecum ergo qui permensus es ocellulio  
Cunabla ; vota sancta sancto pectore  
Da Iesulo deducta, vitulos consecra  
Labellulorum, cor fidele ; & poplite  
Flexo obvianti gratulare , fibritus  
His atq; ductis mitiga suspirijs:

Orbis Sator, JESU! & redemptor,  
Perdi,

Grates tibi, quas mente quimus maximas  
Exsolvimus, quod fecutini in ultimâ  
Orbis senectâ patriâ defenderis  
Nos dextrâ, superq; nos expanderis  
Alas potenter, ing̃ rebus asperis  
Clementia memor tuae protexeris,  
Violentiam fortis sinistrâ, teericâ  
Venena pestis atq; Mortis spicula  
Infregeris, cruenta nec non prælia,  
Benignitas est qua tua & Clementia,

Aver-

Averteris nostris ab oris, incolas  
Qua patria communis ac dulcissime  
Torsere, fratres duriter nostros; tuo  
Et in furore memor fueris Clementie,  
Clementie, est rectis poli quæ latior.  
Ad te, benigne, capita porro, **J E S U L E**  
Erigimus, atq; complicatas tollimus  
Cum corde palmas; expertentes, posteris  
Ut esse noster & manere seculis  
Dignere Jova; Parce nomine de tuo  
Populo cognominato; da tue  
Posse hostibus novisse vim potentia  
Apros, ferasq; proterentes s; eviter,  
Dextra tibi quæ propria plantaveras  
Ecclesia Vineta, sterne; baredum  
Opprobrijs tutumq; præsta ab hostiis.  
Dolos Baalis, septicollis fortiter  
Urbis rotunde Præsulis, prono solo  
Prosterne eum, & solio superbo dejce.  
Erinnyos furorem Iberæ, Tartaro  
Strophasq; ranarum satarum comprise  
Alexicace vere, & viterne pharmacum  
Mortis, locorum ubiq; quæ serpit, suum  
In angulos virusq; spargit singulos  
Averte sævæ spicla pestilencie.  
Mentes feroce, Pacis Autor aureæ  
Tu vince, solus qui potes, Martis doma  
Sevi furores, frange telæ, & oria

Pl. 80, 14. 9.

Apoc. 16.

13 14.

C

Opta-

Optata redde. Terra solito fac ferat  
Segetem favore. Meſſis agros vestiat,  
Camposq; gramen, belluis ut ſuppetant  
Hominis fruges, grata & ori pabula,  
Sic ore te grato canemus, triplicis  
Mundiq; dignē te pavebunt Incole.

DEUS alme! per quem longa REGUM &  
PRINCIPUM

Series in offerto tenore permanet,  
Tibi de MONARCHA cura princeps  
AUSONIUM

Sit, & IMPERI SEPTEM-VIRIS! con-  
cors liget

Hos ardor, & Turcam armet in Tyrannidē!  
Diā fovente CHRISTIANUM dexterā  
Cū Stirpe REgem Christianum CYMBRIÆ!  
CELSISSIMOS HENETUM tuere  
PRINCIPES

Ducemq; SVERINENSI in aulā, PARvulus  
Qui ludit, olim honore vincat ut PATREM,  
FOETUMq; MATRIS INCLITÆ  
reconditum

Etiamnū in alvo, ſeme ſatum Princepe.  
Omnes DUCATUS incliti, ac Episcopæ  
Cives, Dynastas, Nobiles, & Præſides  
ECCLESIAM, pijsq; Myſtas cum Scholis.  
Hoc ordo Nobilis, Dynastæ, Episcopæ  
Patres patrati, hoc Myſta relligiosior,  
Civis, Colonus, hoc Poëta flagitat.

(o.)

Ne residuae pagellæ forent  
vacuæ, libuit hymnum hunc  
apponere.

H Y M N U S  
De Nativitate C H R I S T I

V Itæ datori debitas  
P e r s o l v i t o t e g r a t i a s  
Quod nos misellos Ethnicos  
E c e i t s i b i p e c u l i u m

Dum sedibus supernis  
N A T U M unicum, beatiss.  
A patribus cupitum  
Tot ante secla, mittit.

Rerum siet tutissima  
In orbe P A X ! mortalibus.  
Mens lata ! totus gaudio.  
Resulteret Orbis & Polus !

C 2

Cho-

Chorus Aliger triumphet!  
Vos Flammulæ vagantes;  
Vos Astra fixa Regem  
Celebrate cuncta vestrum!

Vos Flumina atq; Flamina  
Excita ab imis sedibus  
Placido sonate murmur  
NATUM DEI missum Polo!

Vos Rivuli fluentes  
E collum cavernis  
Per saxa perq; flores  
JESU sonate cunas!

Rus omne psallat frugibus  
Herbisq; multis consitum!  
Montes præakti, & concavæ  
Valles boatu persrepant!

Coacta Lympha raucis  
Aquilonibus fatiscat  
Testetur & sonore  
Suum adesse Conditorem!

Vos Sylve ovate Frondibus  
Opacæ, & arborum comæ!

Omnès

Omnēs ovatē Bestiæ  
Imis cavernis excitatē!

Patulus triumphet Orbis!  
Et concavus triumphet  
Polus suāviore  
Et dulciore cantu

JEHOVA niamq; FILIUM  
Genitum ante cuncta secula  
Ex corde verè patrio  
Tandem dedit mortalibus,

Ut vulnera obligaret  
Phlegetontio à Latrone  
Misellulis homullis  
Inficta fraudulenter.

Dulci ergò jam præcordia  
Perfusa motu gestiant,  
Poli Creator abstulit  
Orcum, Polumq; reddidit.

Læto dehinc canore  
Ejus referte laudes,  
Gratesq; duplicate  
Suāviore voce:

B 3

NATA

NATALIS hujus Spiritus  
Nos redde participes Sacro,  
Caro namq; nostra debilis  
Carnale præter nil sapit.

PATRI sit ÆVITERNO  
Laus, ipsiusq; NATO  
Et FLAMINI SACRATO,  
Hoc, alteroq; seculo.

HYMNUS in Canticum  
Simeonis.

JESUM, tenet quem brachio  
SIMEON repletus SPIRITU  
In Mortis horâ suavibus  
Deprædicat concentibus.

Memorè nunc miti bea  
Ministrum, fova! lumina  
Videre namq; FILIUM  
Solamen est qui Gentium.

O CHRI-

O CHRI<sup>S</sup>TE vera Gentium  
Lux, Gloria & fidelium  
In hocce fac nos emori  
Benigniter melismate !

Honos perennis optimo  
PATRI sit, atq; FILIO,  
Et Flamini insuper SACRO  
In hoc & illo seculo,  
AMEN.









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730437809/phys\\_0050](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0050)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730437809/phys\\_0051](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0051)

DFG







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730437809/phys\\_0054](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0054)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730437809/phys\\_0055](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0055)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730437809/phys\\_0057](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0057)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730437809/phys\\_0058](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0058)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730437809/phys\\_0059](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0059)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730437809/phys\\_0060](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0060)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730437809/phys\\_0062](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0062)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730437809/phys\\_0063](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730437809/phys_0063)

DFG



F

Celestis properent a  
Obsequium facia  
Suffice, rerum usus q  
Ut fratri offensas  
Non Satanæ nos fra  
Ereptos stimulis


## PRECATIUN STUM doc

JESU, decus ju  
Teneræ decus  
Pubis decus te  
Flos pubis & t  
Qui parvulus  
Puer sedens sa  
Espaginæ fac  
Interpres ipse  
Docentium a  
Verba imbibet  
Auditor usq;  
Fac ad optimi  
Frugem subin  
Tuum inclitu  
Manans ab or

ciâ regni  
; tuum\_.  
q; remitte,  
sq; suo.  
nosq; malo  
ca. (rum

CHRI  
mple.

Ca-



the scale towards document